



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis  
Oratorii Fvndatoris**

**Gallonio, Antonio**

**Mogvntiæ, 1602**

Aegrum adolescentulum morbo eximit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43172**

Christi  
1576

Greg. XIII. Pap.  
4.5

Ætatis  
61. 62.

259

rum erat: qua ex re qui aderant, stu-  
pore afficiuntur.

*Aegrum adolescentulum morbo eximit.*

**E**odem huius seculi anno septua-  
gesimo sexto Ioannes Baptista  
Crescius adeò vehementer assiduis  
capitis doloribus , ac febri confli-  
ctabatur , vt clamores , & gemitus  
dies, noctesque miserabilem in mo-  
dum ederet : cumque eo cruciatu  
plurimos iam dies exarsisset, nec vl-  
lam quietis partem caperet, impetu  
tandem doloris euicto veniebat  
sæpius in mentem , vt ad miseras fi-  
niendas semet in puteum præcipi-  
tem daret: interea omnibus iam re-  
bus frustra tentatis , occurrit illi re-  
medium , nec sanè spernendum, vt  
Philippum accerseret : haud dubia  
spe erat, eius preces salubres sibi fu-  
turæ: visit illū Philippus, manibusq;  
eius capiti impositis , in has proru-  
pit voces, peccata fuge, Sanctissimā  
Dei Matrem magno pietatis affe-  
ctu venerare : nihil est quo timeas,

*Id is ipse  
sacramen-  
to testatur.*

Vitæ lib. 2.

R 2

etenim!

etenim non hic ad mortem te morbus dabit, sed breui conualeces quæ dum diceret, æger confessim habere thelius cœpit, dolore capitatis ex toto exitmitur, quietem capit, breuique post è lectulo in columis exilit.

*Prophetia spiritu claret.*

*Eam rem  
idem fra-  
ter Hiero-  
nymus in-  
restrando  
testatus  
est.*

**E**odem anno Hieronymo Beier cognomento è Prædicatorum familia tum adolescentulo, eam improuiso méntem Deus submiserat, vt de sancti Dominici amplectendo instituto audiissimè cogitare cœperit: id porrò desiderium eo hominē breui adduxit, vt illa ipsa die ad Ecclesiam S. Mariæ supra Mineruam se contulerit, ea mente, vt quod secū ipse agitarat, Nouitorum Præfecto (is erat fr. Petrus martyr) aperiret. Hic ille quandudum ex eo quærerit isthuc aggredi in animo habuerit: hac ipsa die inquit Hieronymus occulto quodam instinctu ad id acri-

ter